



TRACTATVS
de
REGIM. SECVL. ET ECCLES.

CHRI
ACCESSIONE EORVM QVA.
DVANTIBVS BELLIS CIRCA
Station Imp. Rom. & Sub.
secutam in eo Pacis
Compositionem in -
novata:

Authore Theodoro Reinkingk IC
ac Reg. Dan. Cancellario.

Iohann Gottfrid Schönwetter
1651.



TRACTATUS
DE
REGIMINE
SECULARI ET EC-
CLESIASTICO CUM INDI-
ce Capitum & Rerum.

AUCTORE.

THEODORO Reinfungii
JC. Sz. R. M. Daniæ & Norvvegiæ, &c.
nunc Consiliario & Cancellario Schleswi-
censi & Holstico.

Editio quinta nuperrimâ emendatior & purior.

Huic accesserunt nonnulla quæ circa publicum Im-
perii Statum durantibus Belli motibus, ac per novam
Pacis Compositionem vel innovata vel confit-
mata, nec non pauca alia.




Francfurti ad Mænum,
Impensis Ioannis Godofredi Schönwetteri,

M. DC. LI.



THESAVRVS MEVS PIETAS
g.v. 1573



P R A E F A T I O A D L E C T O R E M.

Benevolē Lector, Quinta est hæc editio Tractatus nostri, Ter eum Typis Hampelianis Giesæ ac Marpurgi, & semel Genethi Basileæ prodidit. Secunda Hampeliana in plurimis aucta & aliquantò correctior lucem aspexit. Tertiam verò hic sine nostro præscitu & consensu *censu audiorum sui luci & fallendi emptoris causa* Anno 1641. Typis mutilatis, charta immuoda & adeò vitiōse edidit, ut lector sine fastidio & nausea vix legere queat, unde non parum operi & argumenti dignitati decessit. Insuper aliam adhuc promisit editionem, quæ fortassis pejor prodiisset. Ne itaque hi, qui hoc argumentum generic delectantur ac studiosa juventus, hoc opere nostro defraudentur hoc curavimus, ut comprior & correctior & elegantior, ac in forma portabili Lectori inserviret. Augere non amplius voluimus, inseritamen curavimus matriculam Imperii pleniorē & perfectiorem priori, uti & alia quæ occasione nuperi diuturni Belli Germanici persubsecutam Pacis compositionem Monasteri & Osnabrigi circa pristinum imperii statum & leges fundamentales mutata, vel de novo adiecta paucula, quæ non merentur, ut ab his qui anteriorem editionem in suis Bibliothecis jam habent denuò comparetur, adjecimus. Non etiam passi sumus nos morati, quod corrupto seculi huius more inventi sint, qui labores nostros contradicendi pruritu, carpere & arrodere annisi, quos suo sensu abundare & vivere libenter sinimus. Debet adhuc nasei Coccus, qui noverit omnes, sic condire cibos, sapidi ut sint omnibus æquè. Hos inter præcipuos estis, quin nomine suppresso, de Ratione Status Imperii Romani scripsit & Hypopolitum à Lapide se venditat Sed sicut merces, quarum inspicie adi copia negatur, suspectæ, ita & istæ, quarum ignorari vult auctor, ad declinandum forsitan evictionis periculum. Sufficit multos & Doctissimos viros, qui & numero plures, & auctoritate superiores, iis, quos cavillandi libido occupavit, rectius sentire de nostro hoc



C A P U T I.

D E S U M M A H U J U S
Tractatus & de tribus reipu-
blicæ formis.

S U M M A R I A.

1. In omni negotio prior verborum, potior tamen verum habetur ratio, verbarebus, non res verbie deserviunt.
2. Rebus ex debito, verbis ex usu fungimur.
3. Subiecta materia verborum canon & amissis.
4. Ex intentione proferentis & definitione ejusdem accipienda.
5. Verbarerum nota & tessera, & sub jugo mentis sunt.
6. Regiminis appellatio frequens apud Latinos.
7. Regimentum imperii, eaq; dictio à Latinis usurpata.
8. Regiminis dictio quomodo hic accipitur. Et quid in Reipubl. Regimine spectetur num. 9.
10. Respublica constat ex imperandi & parandi lege & necessitate.
11. Imperium quid?
12. Si penes unum Monarchia, 13. Si penes paucos Aristocratis,
14. Si penes universos democratis dicitur.
15. Disputatio de præstativa inter haec formar.
16. 17. 18. 19. 20. Qualibet ex his sua habet commoda, sua incommoda, & delectam inde laudari facilius quam inveniri posse, cum nulla ab omni parte sincera.
21. Monarchicus status præferetur, cum proxime accedat ad Regimen Dei Opt. Maxim. 22. quia antiquissimus 23. ordinatura convenientissimus, à discordiis tutissimus. 25. pacior & commodior, neq; libertati ex ius usus, que nunquam gravior, quam sub Rege pio.
26. In Monarchico status IV. illa summa, & præcipua laudatur imperia totius orbis. 27. Assyriorum, 28. Persarum, 29. Graecorum, 30. & Romanorum.